

Pro toto Aduentu.

borem ex sui natura inuitant, quando A inspirata crux à corporali natura portabilis est, si crucians labor ab anima virtute portari potest, si cruciatus rationabilis est: Secunda delectant, exaudiuntur, quando in opere minor est delectatio corporalis quam spiritualis, si in opere inspirato ex gratia est pura delectatio spiritualis, si ex spirituali delectatione amplius anima humiliatur, si adueniente inspiratione anima in fide & moribus amplius illustratur & olidatur: Tertiæ cruciant & delectant, exaudiuntur, si pena est sine occasione scandali, proximi à Deo illuminati; si absque mortali culpâ minor est delectatio naturalis cum vitio, quam pena virtuose crucis; quando maius bonum minori præponitur; si ante operis inchoationem certitudo diuinæ voluntatis inuestigetur.

In sermone tertio, de meritoriis inspirationibus agens, investigat; Quæ sunt meritoria? & dicit quædam inspirationes meritorias esse quæ implendæ sunt voluntate & opere; & haec sunt quæ formæ sunt secundum duodecim regulas præcedentes; alias quæ voluntate non opere ut quæ continentur in 2. 3. 4. 5 & 10. atque 12. regula; alias quæ opere non voluntate, & sic operari non contradicunt alicui regule de duodecim: Quare sunt meritoria? & respondet, quia, Deus dignatur gratificare, conformantur voluntati diuinæ, laboriosæ sunt, verè & virtuosè operantur; propriæ aduersantur voluntati, præstant intuentibus exemplum bonū, ad affectionem & dilectionem inducent, ex misericordia Dei acceptantur, ad gloriam eas Deus ordinavit, sunt ius diuinæ inspirationis, Deus ita volit fieri, hoc ius amicitia Dei exposcit: Quid mereantur? & assertit inspirationes diuinæ, angelicas, originarias à meritoria virtute, mereri bonum temporale, spirituale, aternale; ex diabolo, & propriâ malitiâ remunerari malo temporali, spirituali, infernali; duas ultimas, si adimplentur in se nihil mereri, si in proximo, seruitia ab eo promerteri.

Quarto sermone, de inspiratoribus differit quærens, I. Quot sint inspiratores, inspirant, Deus, Angelus bonus, virtus propria. Angelus malus, malitia propria, necessitas conuenientia: II. Quod sint genera seminam sive inspirationum? tot sunt quot sunt inspiratores. III. Qui sint effectus inspirationum? sunt, bonum maius minori præponere, afflictionem ex sui naturæ crucem esse, ultra possibilitatem corporis crucem non accipere, importabilem animæ crucem non assumere, quod non est secundum vsum rationis non facere, nihil facere contra sensum & consilium expertorum in via Dei.

Sermone quinto, inspirationum semina inquirit & primo de inspirationum discretionem agit, & pro ea regulas dat, nunquam aliquid incipe donec non es bene clarus, si delectatio naturalis minor est penâ crucis operare, spirituale supra naturalem sine peccato sequere inspirationem, gaude per virtutem patiendo, per gratiam: secundo de earum operatione, alia operatio est cum voluntate & opere, alia cum opere sine voluntate, alia cum voluntate sine opere, alia sine voluntate & opere & haec fieri non debent acceptari: tertio de earum fructu, inspirationes diuinæ, angelicæ, virtutis propriæ habent pro fructu bonum temporale, spirituale, aternum, diabolica & maligna malum temporale, spirituale, aternum, ex necessitate & malitia prouenientes nec meritum nec demeritum inducunt. Tom. 3. à fol. 157. col. 1. ad fol. 203. col. 1.

VIGILIA NATIVITATIS Domini.

DIONYSIUS CARTHUSIANI de Vigilia Nativitatis Domini, sermo primus in Euang. per quem ad crastinam festitatem disponere nos instituens inquirit Primo. Quis sit iste desideratus gentibus? & responderet esse Dominum nostrum Iesum Christum,